

absque mora dabis operam cum effectu turbandi et impediendi illud toto tuo posse. Et quam cito poteris, id nobis et successoribus nostris in notitiam dabis. ...

In cuius rei euidencia et perpetua firmitate presens scriptum fieri fecimus et sigillo nostro pendente iussimus co[m]uniri in eo propriis manibus subscribentes.

† *Ego uitalis michael ducha crete manu mea subscripsi.*

† *Ego marco delfino consiliarius crete manu mea subscripsi.*

*Ego Gerdus uido presbiter ecclesie sancti uitalis notarius et capellanus suprascripti domini duche compleui et roborauī*³⁷.

21

1233. Παπικός αφορισμός. Άνδρος, Ρώμη [λ].

J.-R. L o e n e r t z, «Marino Dandolo, seigneur d'Andros et son conflit avec l'évêque Jean (1225-1238)», *OCP* 25 (1959), σσ. 180-181.

22

1233-1239. Διατάγματα των Φράγκων βασιλέων της Κύπρου. Λευκωσία [λ, γ].

J. M o n t e, «A Register of the Cartulary of the Cathedral of Santa Sophia of Nicosia», *Byzantion* 5 (1929), σσ. 492-499, αρ. 38, 39, 43, 45³⁸.

ΠΩΛΗΣΗ ΧΩΡΙΟΥ ΜΕ ΤΗΝ ΑΔΕΙΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

Λευκωσία, Δεκέμβριος 1233

«*De emptione prestarie vocate Timios Stauros.*»

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Henricus, Dei gratia rex Cipri, Notum facio tam presentibus quam futuris quod Balduinus de Morfo meo home ligius in mea presentia constitutus consensu meo et voluntate et auctoritate mea, vendidit, cessit et tradidit venerabili patri domino Eustorgio Nicosiensi Archiepiscopo nomine ecclesie Nicosie, precio bisanciorum mille octingentorum alborum, quandam prestriam sitam in territorio Nicosie, que Temios Stauros vulgariter appellatur, cum omnibus terries cultis et incultis, domesticis atque silvestribus, planis, et montanis, arboribus, vineis, agris, nemoribus pascuis, domibus, furnis, molendinis et aquis, et cum omnibus rebus et iuribus et rationibus eidem pristris pertinentibus, et cum omnibus suis pertinentiis et divisis. Item terram eidem prestrie contiguam quam Almaricus de Bethsan concessit Balduino de Morfo superius memorato. Predictam itaque prestriam et prefatam terram cum omnibus et singulis supradictis concedo et confirmo eidem Domino Archiepiscopo et eius successoribus in perpetuum possidendas

37. σσ. 121-126, αρ. V.4.

38. Τα έγγραφα των σσ. 492-499, έχουν επαναδημοσιευτεί στο N. Coureas, C. Schabel (eds), *The Cartulary of the Cathedral of holy Wisdom of Nicosia*, Nicosia 1997, αρ. 50, 53, 54, 59. Πρβλ. σχετ. λήμμα 4 του παρόντος.

ita quidem quod idem Archiepiscopus et successores sui et ecclesia Nicosiensis de prefatis prestria et terra cum omnibus et singulis supradictis possint facere quicquid velint idest donare, vendere, obligare vel alio modo concedere cuilibet persone tam ecclesiastice vel religiose quam etiam seculari sine molestia et contradictione mea heredumque meorum et omnium personarum sine aliquo servitio libere ac quiete.

In cuius rei testimonium presens privilegium fieri feci ac impressione sigilli mei plumbei communiti.

Testes huius rei sunt; - Johannes de Ibellino dominus beriti, Johannes dominus Cesarie, Johannes de Ibellino minor, Balianus de Ibellino, Balduinus de Ybellino, Guillermus Vicecomes, Arnesius de Gibeletto.

Datum Nicosie per manum Bonnasali de Aldo Cancelarii Regni Cipri. Anno incarnationis dominice MCCXXXIII mense decembris»³⁹.

Ο ΒΑΣΙΛΕΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ ΔΩΡΙΖΕΙ ΕΙΣΟΔΗΜΑΤΑ ΣΤΗ ΛΑΤΙΝΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ
ΤΗΣ ΛΕΥΚΩΣΙΑΣ

Λευκωσία, Απρίλιος 1239

«De ordinatione unius assisie per Begem super bonis ipsius regni.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Henricus dei gratia Rex Cipri dono, concedo et confirmo in perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Nicosiensis pro anima delecti consanguinei mei Hugonis de Ibellino ducentos bisantios albos annuatim assignatos super omnibus redditibus casalis quod appellatur Morfites tempore arearum videlicet per totum mensem Augusti annis singulis persolvendos; si quid autem deficeret ad solutionem prefactorum bisantiorum totum defectum assigno eidem ecclesie super omnibus aliis redditibus mei regni Cipri, dicta vero ecclesia pro predicta elemosina debet habere et tenere perpetuo unum sacerdotum pro anima predicti consanguinei mei divina officia celebrantem. Ut autem predicta omnia plenum robur habeant firmitatis presens privilegium ac sigillo meo plumbeo sigillari. Huius rei testes sunt: Balianus de Ibellino, dominus Beriti et contestabulus regni Cipri; Johannes de Ibellino; Baldoynus de Ibellino; Guido de Ibellino; Arsenius de Gibeletto.

Actum Nicosie anno incarnationis dominice MCCXXXIX mense Aprilis.

Datum per manum Bonuasali de Aldo regni Cipri cancellarii»⁴⁰.

23

1234-1619. Διοικητικά και νοταριακά έγγραφα. Χάνδακας [λ, ι].

Κ. Τσικνάκης (επιμ.), *Il miglior vino del mondo. Το κρητικό κρασί στις αρχαικές πηγές της Βενετοκρατίας*, Γάζι Ηρακλείου 2005, σσ. 19-29, αρ. 1-7· σσ. 33-41, αρ. 1-5· σσ. 49-52, αρ. 1-3· σσ. 61-70, αρ. 1-6· σσ. 83-90, αρ. 1-5· σσ. 94-95, αρ. 7· σσ. 105-106, αρ.

39. σ. 492, αρ. 38.

40. σσ. 498-499, αρ. 45.